



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

xxxvi. De iniuriis & damno dato.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](#)

De Injuriis & damno da-  
to. Tit. 36.

7. Olim.

**S**i quis populus episcopum fortè relegauerit, seu, ut dicūt, bannuerit: olli pro iniuria banni in expensas, & damna iuxta iuramentum eiusdem prævia tamen taxatione condemnator.

8. In no-  
stra.

Cæterū expensarum, & damnorum re-  
stauratio alia atque alia esto. Vnde statutum, seu  
iuramentum super damnis non repetundis ad  
expensas ne porrigitur.

9. Si culpa.

De damno autem tenetor si colpa tua, impe-  
ritia, seu ignorantia supina, neglegentiāve inro-  
gatum erit, aut si aliis inrogantibus opem tuli-  
sti, aut occasionem damni duisti, nisi fortè, v;  
non accideret, nihil de contingentibus obmisi-  
sti. Item si animal tuum pauperiem faxit, ni de-  
dere noxæ voles, quod ipsum tamen, si ferū ani-  
mal erit, nocere solitum, & diligentiam non ad-  
hibuisti, ne liceto.

4. Si lese-  
rit.

Horum hæc exempla sunt. Si dimiserit  
quis iumentum suum vt depascat aliena, & le-  
serit agrum vel vineam: damni æstimationem  
restituito.

3. Si bos.

Si bos alienus ab hesterno die aut nudiuster-  
tius cornupeta fuerit, & eum dominus eius non  
custodierit: bouem pro boue reddito, at cada-  
uer integrum accipito.

2. Si quis  
aperuerit.

Si quis cisternam aperuerit, nec operuerit, &  
in eam bos, vel asinus ceciderit: cisternæ do-  
minus pretium iumenti reddito, mortuum au-  
tem eius esto.

Si egressus ignis fruges comprehenderit: qui <sup>5. Si egress  
fus.</sup> succedit damnum redditio.

Si quis domum, vel aream sciens prudens in- <sup>6. Si quis  
domum.</sup> cenderit: sublata & incensa omnia restituto, an-

nos treis pœniteto.

Si qui rixati fuerint, & alter alterum percusse- <sup>1. Si rixa-  
ti.</sup> rit: olli operas, & impēsas in medicos restituto. <sup>ti.</sup>

*De Pœnis. Tit. 37.*

**I**N causis pecuniariis victus victori (ni pro ab- <sup>4. Calum-  
niam.</sup> sente sententia feretur) pro temeritatis pœna <sup>mam.</sup> in expensas condemnator.

Litigator autem temere aduersus adsertionem <sup>11. Dile-  
ctus.</sup> iudicis prorumpens arbitrio superioris dignè <sup>Etus.</sup> punitor.

In conuentionalibus autem pœnis hæc ser-  
uantor.

Pœnam conuentionalem vtrinque promissam, <sup>7. Consti-  
tutus.</sup> si vterque contrahentium aduersus contractum  
venerit, neuter petere valeto.

Sed & ecclesiasticæ personæ aliis ecclesiasti- <sup>9. Suam.</sup>  
cis ad certam quantitatem certa die soluendam  
sub pœna obligatæ si intra terminum maiorem  
partem soluerint, vt tantum modicum quid de-  
sit: eo soluto à pœna liberantor.

In criminalibus autem hæc posita sunt.

Quæ sæpe admittuntur peccata sæpe pu- <sup>1. Ea que</sup>  
niuntor.

Pro quibus cōrigūdis prælati pœnā pecuniariā <sup>3. Licet.</sup>  
ne extorquēto, psonāsve, p annua exactione su-  
pendunto, aut ecclesiās interdicunto. Sic nec